Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25878
Copyright: Admont, Benediktinerstift

PRIMUM CAPITULUM.
DE IURE.
NATURE. ET
CONSTITUCIONIS.

HUMANUM GENUS. DUOBUS REGITUR. NATURALI. VIDELICET. IURE ET MORIBUS. Ius naturale est qd in lege et euglio continetur. quo quisque iubetur alii facere. qd sibi uult fieri. et phibetur alii inferre qd sibi nolit fieri. Unde xpc in euglio. Omnia quecumque uultis ut faciant uobis homines. et uos eadem facite illis. Hec est enim lex — D. I.
et prophete. Hinc ysidorus in .v. libro ethymologiarum ait. Diuine leges natura — .ii.
humane moribus constant. Omnes leges aut diuine sunt aut humane. diuine natura
humane moribus constant. Ideoque he discrepant. quoniam alie aliis gentibus placent.
fas lex diuina est. ius lex humana. Transire per agrum alienum fas est. ius non est.
Ex uerbis huius auctoritatis euidenter datur intelligi. in quo differant inter se lex
diuina uel humana. cum omne qd fas est nomine diuine uel naturalis legis accipi
atur. nomine uero legis humane mores iure conscripti et traditi intelligantur. Est
autem ius generale nomen. multas sub se species continens. Vnde in eodem libro ysido
rus ait. Ius generale. lex autem species eius. Ius generale nomen est. lex autem iuris est species. — .iii.
Ius autem dictum est. quia iustum est. Omne autem ius legibus et moribus constat. Quid sit lex.
iiii. Lex est constitutio scripta. Quid mos. Mos autem longa consuetudo est de moribus — v.
vi. tracta tantummodo. Quid consuetudo. Consuetudo autem est ius quoddam moribus insti
tutum. qd pro lege suscipitur. cum deficit lex. Nec differt an scriptura an ratione consis — .I. c. d. xi. In his rebus.
tat. quoniam et legem ratio commendat. Porro si ratione lex constat. lex erit omne qd iam
ratione constiterit. dumtaxat qd religioni congruat. qd discipline conueniat. qd sa
luti proficiat. Vocatur autem consuetudo. quia in communi usu est. Cum itaque dicitur non dif
fert utrum consuetudo scripta uel ratione consistat. apparet qd consuetudo partim est

Meld. — I. c. ii. d. i. Primo semper.